



Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem. Multis oblii doctrina, pietate et prudentia, ceterisque virtutibus tuis inducti, inducimur, ut te specialibus favoribus et gratis prosequamur. Hinc est, ad eum tu, quem alibi fecit recordari Paulus huiusmodi predecessor noster de tua laudabili vita, morum gravitate, et probata fide, ac aliarum tuarum virtutum donis bene confusus te in hac Alma Urbe nostra, tunc sua eiusque suburbij et districtu in spiritualibus Vicarium suum, quando viveres, apostolica auctoritate constituerat et deputaverat, Vicariatum huiusmodi per dilectum filium et agrum Franciscum Massarium de Aspra generalium thesaurarium nostrum procuratorem tuum, ad hoc a te specialiter constitutum in manibus nostris sponte et libere cesseris. Nosque cessionem huiusmodi admittere intendentes, te ad dilectos filios nobilibus viros Franciscum Venerem Ducem, et Dominum Venetorum nostrum et apostolicam sedem cum potestate Carissimi Legati de latere decernimus. Nos volentes commodo tuo in premissis paternam charitatem consulere. Tibi, quod si contingat te per nos aut successores nostros ab officio Vicariatus huiusmodi amoveri, licet tibi ad officium Vicariatus huiusmodi negotium primum liberum habere regressum illiusque corporalem possessionem seu quasi, per te, vel alium, seu alios propria auctoritate libere apprehendere, et, ut prius, quoad viveris, retinere, illudque per te et locum tenentem ad id a te debitum iuxta solitum exercere, in omnibus et per omnia prout ac si illi minime cecisses, dicta auctoritate per nos, de speciali gratia indulgemus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac Sacerdotum Palatii, et dicti Vicariatus officij, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Roma apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die XXI Junij A. D. Luy Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Jo Larmen



ihuf

Venerabili Phiippo Ep'o Salutarum nro et  
aplica' sedis in toto Dominio Venetiaru' cum  
potestate Car<sup>is</sup> Legati de latere nuntio . . .

Legato nuntio



Morbio 26 (21)

XXIX, 227

John III

1554. n. August

